



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 57. Errores Petri Joannis Olivæ condemnatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV.

A.C. 1319.

## §. LVII.

*Errores Petri Joannis Olivæ con-  
demnantur.*

Fratres Minores adhuc dissidebant:  
& iis, qui se spirituales dicebant,  
**Sur. Lib. 89.** præerat Ubertinus Casalius servidus se-  
cutor Petri Joannis Olivæ quindecim  
**Vading. an.** abhinc annos mortui. Huic tribueban-  
**1297. n. 41.** tur quædam opinione erroneous, quæ vel  
**& 1312. n. 4.** in scriptis ejus cernebantur, vel a disci-  
pulis ejusdem inde inferebantur tan-  
quam consequentiæ, veluti: Natura di-  
vina potest dici generans ac generata;  
error Abbatis Joachimi damnatus in  
**Sup. lib. 77.** concilio Lateranensi an. 1215. Joachi-  
**§ 46.** mi vero principia secutus Oliva, virum-  
**Vading.** que admiratus fuerat. Ferebatur etiam  
**1297 n. n. 44** contendisse, Christi viventis in cruce  
**n. 45.** latus hasta perfoßum esse; infantes sa-  
**n. 42.** cro in fonte purgari a labe ingenita;  
**Rayn. 1312.** animam rationalem non esse formam  
**n. 18. 19.** substantialem humani corporis. Ex  
quo illud conficitur, non hominem, sed  
animam solam mereri p̄mium aut pœ-  
nam posse.

Hæc continet primum Concilii Sæcul. XIV.  
Viennensis decretum, cuius hæc est A.C. 1312.  
summa: Credimus Dei filium ab omni  
æternitate cum Patre in omnibus exi-  
stere; conjunctas nostræ naturæ par-  
tes scilicet corpus dolori obnoxium, &  
rationalem animam, substantialem cor-  
poris formam assumpsisse; atque hac in  
natura propter salutem cunctorum ho-  
minum affixum cruci post vitam editam  
in latere hasta perfoissum esse. Testis  
est S. Joannes Evangelista, qui rem ex  
ordine, quo facta est, retulit: sic ap-  
probante Concilio declaramus. Nem-  
pe quia Joannes Oliva contrarium as-  
serebat, correctum S. Matthæi Evan-  
gelium perhibens. Concilium pergit:  
Quisquis ausus fuerit negare rationa-  
lem animam esse substantialem corporis  
humani formam, eum pro hæretico ha-  
bendum pronunciamus. Et quia de  
baptismatis effectu in infantibus duplex  
Theologorum est sententia, nos effica-  
cem Christi mortem cunctis baptismum  
accipientibus æqualiter applicari cen-  
sentes, opinionem illorum, qui gratiam  
& virtutes per baptisma tam infantibus,  
quam adultis conferri ajunt, tanquam  
probabiliorum eligendam duximus.

*Clement. De  
sum. Trin.*

*t. I.*

A a a 4      §. LVIII.